TRIAS DISSERTATIONUM POLITICARUM

DE

Politicæ Constitutione,
Societatibus &
Imperiorum Formis.

QUAM

Annuente DEO & *Amplissimâ adsentiente facultate Philosophicâ in Regiâ Aboënsi Academiâ,*

PRÆSIDE

VIRO NOBILISSIMO & CONSULTISSIMO,

DN. MICHAELE GYLLENSTÅLPE/

WEXIONIO, J.U. & Phil: D. istiusve sicut & Polit: atq; Hist: Prof. celeberrimo, etiam ac h.t. Fac. Phil. Decano Spectatissimo, Præceptore suo atq; promotore ut certissimo, ita ætatem officiosissimè devenerando,

Pro Magisterij Philosophici laureâ ferendâ publicæ censuræ subjicit

PETRUS WARELIUS O-Gothus.

Ad diem Aprilis, Horis & loco consueto.

ABOÆ,

Excusa apud *PETRUM* Wald/ p. m. 1653.

VIRO Admodùm Reverendo & Præclarissimo,

DN. M. ANDREÆ Pryss/

Inclytæ Diœcesis Lincopensis Episcopo dignissimo, Theologo pereximio, Consistorij Præsidi gravissimo, Mecœnati meo atq; promotori perpetuò reverenter suspiciendo.

NEC NON

Reverendis, Clarissimis ac Præstantissimis VIRIS, Consistorij Lincopensis ADsessoribus *cordatissimis, Gymnasij* LEctoribus *Diligentissimis, Fautoribus meis ceu certissimis; ita ex animo æternùm sedulò devotèq; colendis.*

Cum etiam

Clarissimis & Præstantissimis Viris,

Cathedralis Lincopensis Scholæ *RECtori, CoRectori,* & Consistorij *Notario.* Fautoribus itidem meis & amicis piè honorandis,

Disputationem hanc Inauguralem, forè sperans Eam debitæ observantiæ τεκμήριον, exiguum & gratitudinis indicium, officiosè

D. D. D.

Petrus VVarelius.

Literis & virtute Candidato maximè Conspicuo.

Dn. Petro WArelio,

Amico candido, suavissimo, pro summo in Philosophiâ gradu assumendo publicè disputanti, lubens gratulatur.

VIr bonus, hic *populum, vastumq;* inquirit in *orbem*,
Quoq; regi pacto rectè *Respublica* debet:
Sic quoq; *PETRE* tuum ingenium formas vigilanter,
Quò tua spargatur virtus per tempora longa.
Nequaquam claro frustratus fine laborum est,
Cum dentur Sophiæ & virtutis digna βραβεῖα!

J. GARTZIUS.
J. U. D.

Multa tuliſſe juvat; Labor improbus, ardua virtus,
Ecce ſuis olim munera grata dabunt!
In Clarijs arvis luctatus es impiger; atq;
Senſiſti è doctis Muſica Sacra libris.
Hinc jam ſubſequitur decoranti germine laurus,
Atq; Magiſtrali cingit honore comas.
Gratulor his auſis & lætor honoribus almis.
Quos animi dotes promeruêre tibi.

Præſtantiſſimo Dn. Candidato, fratri & amico ſuo ſincero, pro gradu Magiſterij diſertè Diſputanti, ſummos & benè meritos in Philoſ. honores, hiſce pauciſſimis, non ut voluit aut debuit, ſed ut in tantâ feſtinatione inter tot occupationes potuit, ita L. M. q. gratulari in delicijs habuit

SVENO CLODINUS.

FASCICULI POLITICI

DISSERTATIO I.

De POLITicæ CONstitutione.

POLITICA (A) *est prudentia Rempub. ad honestatem & vitam beatam durabilitèr ordinandi.*

A. Nobiliss. & Consultiss. Præs. Disp. Pol. 1. Thesi 6. cuius ductum & erudita scripta, in iis maximè, quæ ad Patriæ nostræ statum spectant, ut mihi Juveni fas est, sequor; Imò non affectare alienis, Oratorum scilicet, Hist. Jct. Philos. & Pol. plerumq; verbis, & non propriis meis, uti par esset, si sola ratio pugnam faceret, loquor. Scio quippè certus in plerisq; Juvenilia mea verba parum habitura ponderis, nisi authoritate eorum, qui vel ipsi in foro claruerunt, vel status rerumpublicarum per otium diù intimiùs perquisiverunt, armentur. Id autem quod hìc strictìm adduxero, VIDEAT CÆPTA DEUS & APPROBET! Me, pro re natâ ipso discursu dilatare & domesticis rationibus declarare non pigebit, ità equidêm ut eorum ferro, quod affricuit siderites experientia, in portum ducar.

Obs. *Esse Politicæ* (1) *cognitionem necessariam*; Est a reliquarum domina, antistes & velut imperatrix; Nullum b imperium

a *Arist. 1. Pol. 2. & 1. Eth. 2.* b *Vernulæus*

rium justum constare sine arte potest, & vincere facilius est hostem, quam civem regere; Politicâ c virtute præstantiorem assequimur nullam. Proindè ebucinat antiquitas, b Socratem Philos. ex astris detraxisse, ne ea propter quod homines studiis imbuisset ad salutem Reipubl. Non c privatum respicit commodum; Sed commune & omnium civium. Ipsi proindè orator, Ad te confugimus, à te opem petimus. (2.) *Genus prudentiam*, & quidem ff convenientius, quàm quando alij eam definiunt per Artem g Scientiam h &c. Interim quod sit pars posterior philosophiæ pract. & propria, neutiquam contra rationem & Philos. [illegible] imus infi-

Prooem. pol. quæst. 2. c *Plut. in Cat. Maj.* b *Arnisæi ex sententiâ in Doct. pol. ad Lect.* c *Liebent. coll. Pol. Exerc. 1. q. 1.* d *Cic. 5. Tusc.* ff *vid. Præs. coll. Eth. Disp. 1. Vill. pol. c. 1. prac. 1. prat. & alios.* g *Alth pol. c. 1.* h *Plat. in Dial. Casus Spher. civ. l. 1. c. 1. Vernul. proœm. pol. q. 1.* i *Iac. Mart. 1. pol. 1. &c.* k *Idem cit. loc.*

inficias[r]. (3.) *Differentiam ductum v. A Subjecto*, quod est Resp. seu civitas (cùm t in eâ, quam ob rem hinc nomen trahit, juventus melius informetur, judicia securius exerceantur) in quam, ut requirit objectum disciplinarum, *l* practicarum, operetur, cuiq; finem in genere scilicet ordinem recte in eâ vivendi. 2. *Est* quod est, ut Logici u tradunt, vel *Externum*, quem intelligit Arist. m quando bonos & beatè vivere Reipub. Sum. B. vocat: vel *Internus*, quem illi subordinat, dùm dicat esse n Rempubl. (finem internum n. Pol. in ordine civitatis consistentem) propter bene vivere institutam. Innititur in hac defin. uterq;. (4.) *Ut durabilitèr ordinetur Respub. requiri tàm exactam* p cognitionem historiæ; Cùm sit ea (q) testis tempo-

rum.

r *Dithm. & in Eth. & Pol.* s *Dict. 1. Dial. 10. pos. 10. Rever. & Præclariss. Prac. Nic. Nyc. in prælect. Log. lib. 1. ad Pet. Ram. c. 7. &c.* m *7. Pol. t. 2. & 3.* n *1. pol. 2. vid. & Arnisæ. 1. Doct. pol. c. 1.* o *Vid. Vill. cit. Loc. Iac. Mart. 1. pol. 1. Prat. Theat. pol. præcog. 2.* p *Præf. 1. 9.* q *Cic. de orat.*

rum lux memoriæ, nuncia vetustatis; *Quàm juris publici, legum divinarum & humanarum omniúmq; philosophiæ notitiam.* Undè † Politicum omnium rerum, quæ in toto terrarum orbe gestæ sunt, vel geruntur, quantum fieri potest, ignarum esse minimè oportet. *Hinc mecum elicito, quis verus politicus*; Non est is vides, qui incedit superbus, qui novo modo vestitus cristas erigit, qui exoticis moribus gliscit, qui simplices fallit; Sed qui reipub. suâ prudentiâ prodest. Indè & infer, (5.) *Non otiosè addi Ad honestatem*; Hâc ipsâ disjunguntur *consortia piratarum, latronum* & ejusmodi aliorum: Dicit Masonius, ceu § signum rectum cum curvo, aut duo signa curva inter se convenire nequeant; ità improbi neq; inter se ipsos, nec inter se & alios amicitiam alere possunt: Rectè; Nos docet Eth schola, in virtute, quæ hinc exulat, veram fundari amicitiam. Hinc colligo cum illis pacta, fœdera & pacis tra-

tatio-

† *Pia M. D. Ion. Magni Wexionens. vide Vernul. cit. proœm. q. 5. & 6. & Eruditam Diss. Bæcl. de not. Reip. c. 2.* § *Stob. Ser. 78.*

cationes honestè non institui; Cum improbitas §§ nulli alij nisi sibi ipsi amica, Ac ne sibi quidem; cùm utilia cæcis, turpia honesto præferat. (6.) *Ordinem hic arbitrarium esse*; Cùm putem politicum decere magis rebus, quàm Logicis subtilitatibus teneri. Interim manifestum est, ¶ cùm practica sit, eam optimè resolutivè tradi, & ità ¶ ordinem instituendum prout nos faciliùs discimus.

AXIOMA.

1. ¶ *Acquiri potest prudentia politica.* Etsi ‖ actionum Politicarum mira sit varietas & ad ** certas regulas seredigi haud facilè patiatur; Interim si rigore ‡ nimis rigido τὴν ἀκριβειαν ἐπιζητουμεν in hisce non exigis, mecum ¶ judicabis Politicam certis præceptis tradi posse;

§§ *Iacob. Crucius l. 2. Ep. 3.* ¶ *Arnisæ. 1. Doct. pol. 1. pag. m. 7.* ¶ *Zach. cent. Pic. in Grad. Mor.* ‖ *Joh. Schwalben coll. pol. D. 1. q. 1. Iac. Mart. 2. pol. 2.* ** *Gerh. Dec. 1. cent. q. pol. q. 1.* ‡ *Scherb. in diss. pro Per.* ¶ *Et ijsdem citatis locis.*

Potest ‡ Jurisprudentia, ergò multò magis hæc, in quâ etiâ multi se felic ter expedierunt. *Expedies te hic, & politicâ prudentiâ inclarescès:* Si *usum*, qui ǻ omnium magistrorum præcepta superat, non neglexeris; Si *Experientiam*, quâ ǻ quisquis in re civili intelligens haberi volet, opus habet, acquisiveris; Si *Historias*, undè ǒ tibi tuæq; Respub. quod imitêre capias, undè fœdum incæptu, fœdum exitu quod vites, non spreveris; Si *peregrinationem modicam*, multùm ‡ profuerit varias Respub. earumq; leges habere cognitas, haud respueris; Si *Consortia prudentum*, qui ‡‡ tradent divinorum humanorumq; notitiam, non fugeris. Vultum erige.

2. *Homo ad politicam societatem est natus.* Ipsum quippè vocat Philos. Ἀ ζῶον πολιτικὸν, omni api, omniq; animanti gregali

‡ *Gottfrid. Clearius illust. Quæst. pol. Dec. 1. q. 1.* ǻ *Cic. de Orat.* ǻ *Arist. 10. Eth. ult.* ǒ *Liv. l. 1. vid. cit. Diss. Bæcler.* ‡ *Schonb. 1. pol. 3.* ‡‡ *Sen. Ep. 104.*

Ἀ *Arist. 1. pol. 2.*

gali civilius[a]. Trahi a cum ad communem cohabitationem apertè indicat sermo homini à naturâ datus, utpote qui solitario supervacaneus esset. Ad b hanc colendam à naturâ quasi impellitur; Quãdò nascitur omni auxilio destitutus, nudus & inermis, quasi à naufragio, omnibus rebus amissis, in vitæ hujus ærumnas ejicitur, qui neq; materna ubera appetere, neq; injuriam temporis ferre, neq; etiam in adultâ ætate proprijs viribus omnia vitæ subsidia parare potest. Natura c alterum alterius ope indigere voluit, quod uni deest, præstò plerumq; est alteri. *Infers ex hâ indigentiâ Politicam incœpisse?* Esto, Externè, cum alijs similibus impellens est? Interim tamen d causa propinqua & intrinsecùs urgens est lux naturæ, quæ nobis eam habilitatem implantavit, ut, oblata qualicunq; occasione, ad civilem societatem pervenirem. Hinc

 &

a *Besold. 1. Pol. 1. n. 13.* b *Alth. pol. c. 1. p. 1. quem vid.* c *Gerh. Dec. 1. q. 2. quem vid.* d *Besold. 1. pol. 1. n. 16.*

& infero; *Non capisse vi*; Voluntarium quod est & naturæ soboles, minùs rectè violentum dicitur; Et si e quasdam affirmem, non statim à particulari ad universale argumentaberis: *Nec Eloquentiâ vel Musicâ*; Nunquàm f fuit tempus in quo non fuit societas; Et nisi coacti in solitudinem non abiere homines, & sic contra suam naturam solitariè vixerunt: *Nec fato*, ut Machiavellum; *Nec casu*, ut, Mirandulanum statuisse accepimus; uti *nec solitariam vitam esse approbandam*; Homo hominis causa creatus est; Dixerat ff JEhova DEus, non est bonum esse hominem solum; faciam ei auxilium commodū ipsi. Quomodò g charitatis opera alijs possunt præstare, quandò extra consortiū hominum degunt? Quomodò ecclesia ædificari? dic quæso, quid utilitatis in patriam, quæ h, non secùs ac amici, ortus nostri partem sibi vendicat, conferunt?

e *Vid. Nobil. Præs. cit. D. T. 3.* f *Pet. Tholoz. 1. de Rep. 3. n. 6. & Besold. 1. pol. 1. 17.* ff *Gen. 2. v. 18.* g *Alth. pol. c. 1. pag. m. 6.* h *Cic. off. 1. Arist. 8. pol. 1.*

sunt? Vidin' hominem ad i societatem cum alijs hominibus colendam natum? Non autem ut feræ belluæ, naturâ suâ solitarium, non ut aves, vagum? Esto E.

DISSERTATIO II.

De Societatibus.

1. SOCIETAS f *est quâ expressè vel tacitè ad rerum utilium communicationem obligamur mutuam.*

Obs. 1. *Politicum* l *rectè Reipub. materiem*, ut medicus corpus curandum, *præscire*; Ignorato ll subjecto, necesse est cætera, quæ indè dependent, ignorari; Verùm rudi tantùm Minervâ, quantum præsenti instituto conducit, proponetur; Eatenùs m n. explicabitur, quatenùs arte adjuvat. 2. *Societates* esse n vel *simplices* seu privatas; vel *compositas* seu communes.

 2. Sim-

i *Alth. cit. Loc. vid. Casum Sphær. civ. l. 1. c. 2. q. 3. disting. & Olear. l. 5.* f *Ad Althmentem pol. c. 1. pag. 1. sic. def.* l *præf. l. 10.* ll *Arnisæ. 1. Doct. pol. l. 1. p. m. 25. secund. Arist. 1. post: t. 73.* m *Aver. in Epit: prad: c. 4.* n *Alth. 2. & præf: cit: Loc.*

Simplicium. 1. Conjugalis o *est unius maris & fœminæ conjunctio naturalis, divinitus instituta, individuam vitæ consuetudinem continens ad propagationem generis humani & mutuum vitæ solatium.*

Obs. Quòd 1. *Sit Naturalis*; A p jure naturæ descendit maris & fœminæ conjunctio; Certè q nihil, non hominibus quidem, verùm etiam universo animantium generi tàm naturale, quàm ut prolatione suam speciem conservet; Naturâ r enim commune eorum omnium, ut habeant libidinem procreandi. Nulla ſ gens tàm barbara adeoq; extra leges projecta, apud quam conjugij nomen sanctum non sit &c. *Huic bellbatum præferis?* Inutilis es civis, dignus, ceu ſſ tui similes apud Græcos, qui ludis gymnicis arcearis; cùm femininum t omnium hominum spernis: Tolle t matrimonium, pau-

o *Præf: 1. 11.* p *Inſt de I. N.* q *Cruciu. 2. 15.* r *Alth. 2. pag: m. 18.* ſ *Cruc. 2. 16.* ſſ *vid: Plut: in Lyc.* t *Alth: cit: Loc: vid: Bernegg: q. Hac. 120.* t *Cruc. cit. loc.*

paucos intra annos genus humanum stirpitùs interibit. *Molestias prætendis omnes* ꝟ has vis evitare, vites mundum, sunt ꝟ sine dubio dulciores quòd pluribus jucunditatibus condiantur & edulcentur. 2. *Sit unius maris & fœminæ.* ꝟ Hoc ipso rectè *tollitur Polygamia*: Creavit ꝛ DEus Adamo unam fœminam; Erunt ꝟ duo in carne unâ. Prætorio ꝫ edicto apud Rom. Polygami pronunciantur infames. Non potest benè ꝺ in polyg. vivi, & propter rixas plurimorum heredum & propter unius viri insufficientiam & quia ꝺ qui multis amicus, nemini (hìc puta) amicus. 3. *Reqiratur mutuus consensus, tùm contrahentium*: Leges ꝺ invitum conjugium nullum conjugium dicunt; Quod & Ulpia-

ꝟ *Eras. in Misag.* ꝟ *Arnis. 1, 3.* ꝟ C, 2, Gifft B. LL. & 2 St. L. Gifft B. ꝛ *vid. Genes: cap, 2, vid: Bernegg: q. Tac: 92.* ꝟ *Matth: 9, 3.* ꝫ *l, 1, ff, de ijs qui not: inf. l. 2, c, de incest: & inut: nupt.* ꝺ *Arn. 1, 3 Ex Eurip, in And.* ꝺ *Vid: Pic: de mortu: Grad: 7, c, 15.* ꝺ *L, 12, c, de Nup.*

pianus innuit dicens ſ conſenſus non cō, cubitus facit conjugium: Tùm *Parentum*: Hunc indicant Sacræ literæ; Filij ¶ ſubditi eſtote parentibus veſtris in omnibus; Non tantùm ℵ creavit DEus uxorem; Sed etiam adduxit Adamo; Hunc requirit jus Rom: α Hunc volunt leges β Svec: Rectè, hoc ſvadet γ naturalis ratio, ne quis invitus ſibi hæredem adſciſcat: Hinc conclude *Clandeſtina ſponſalia* δ prohiberi, *legitimaq;* eſſe ſponſalia quæ divinis maximè, humaniſq; legibus congruunt. 4. *Contineat individuam conſvetudinem*; Ideò uxor ε à viro non diſcedito, niſi ζ ob *fornicationem*; cùm hâc (alia peccata conjugium ſtatim non dirimunt) peccet ηη in fidem conju-

g2-

ſ *L. 30. de R. I.* ¶ *Coll: 3, 20, Eph: 6, 1.* ℵ *vid: Gen: 2, 22. & inſuper Gen: 24, 3, 4.* α *L. 2, & l. 18, ff. de Rit: nupt.* β *C. 1, & 3, Diſſ. B. St. L.* γ *vid: Iacob. Mart. 1. pol: 3.* δ *Beſold: 1, 10, 38, vid: Bernegg: q. Tac: 05.* ε *1. Cor: 7, v. 20.* ζ *Matth: 5. 32, & 19, 9. vid: 11. L. & 10. St. L. Diſſ. B.* ηη *Arniſ: in doctr: p. 3.*

galem, adeoq; in ipsum conjugium, sic sine controversiâ sufficit ad ejus solutionem: Et *malitiosam deserticnem mortemq́*: Desertus g lege non tenetur; insuper sic deserens negligit officia, si vir, mariti, ut communicare h uxori conditionem suam, ipsam i diligere & tueri, eiq; necessaria k suppeditare &c. Si fœmina, uxoris; ut marito l obedire, ejus calamitates, ll ut Michol Davidis, sublevare &c. 5. *Iustam exigat ætatem*, quæ non sit *immatura*: Tunc enim m parientes morientur; enerventur virorum corpora: imbecilles nascantur fœtus: Insuper n sic pereat reverentia parentum: Nec *adeò grandis*, o cogatur enim p aut pater mori ante educationem filiorum, aut fine frustrari cō-

jugij

g *1. Cor: 7, v, 15, & 39.* h *Bod: 1. de Rep: 3.* i *Ephes: 5, 25, &c. vid. c, 9,* Giffe BLL. k *Tiraq. l, 8, de leg, connub.* l *1. Pet. 3. & Eph, 5.* ll *1, Sam: 19.* m *Arist. 1. pol. 6.* n *Arnis: 1, 3.* o *L, penult: Cod. de nupt. & Besold. 1, pol, 10, 28.* p *Arnis, cit. Loc, vid. Bernegg: q, Iac. 118.*

jugij; Pro pp Regionum tamen naturâ puto possint præfiniri ætates, & contrahentium temperamento. 6. *Sangvinis propinquitate & affinitatis impediatur.* Lege Dei in lineâ q ascendente & descendente in infinitum: in collaterali r verò, ad secundum inclusivè gradum; Verùm ob reverentiam sangvinis Jur. Can. novo s (cui concordat illud, Skal (ss) och intet Achtenskap bindes innan sämpte Leedh) ad quintum gradum exclus. prohibentur. Affinibus etiam ut privigno s cùm novercâ, patri cum privignâ, fratri cum fratriâ & patrui uxore; Item & in lineâ transuersâ t ut inter patruum & neptem ex fratre &c. interdicta legimus. 7. *Ex hâc oriatur potestas maritalis:* Dicit conjugij Author fœminæ, ipse w dominabitur tibi,

pp *Consule hunc eundem q, 117, & alios.* q *Præs. 1, 13, Iac. Mart, 1, pol, 4, Lev, 18, 6, vid, ord, Eccl. Svec.* r *Lev. 8. 9. 11.* s *Cod. non deb. pen. & ult. de consang. & affin.* ss *Ord. Ec. fol. 51.* s *Lev. 18, 8, 15, 17, &c.* t *Inst. h, t, p, 3.* w *1, pet. 3, v, 1.*

bi; jubet & Apoſt: Mulieres ſ viris ſubditas eſſe: Ut admoneantur t ſuæ ſubjectionis, ad omnia fere mulieres imbecilliores fecit. *Non tamen habet vir*, ut apud priſcos r Rom. & alios u *Ius vitæ & necis*: Eſt x uxor pars viri (erunt y duo in carne una) At in carnem a propriam non licet mortiferas inferre manus. Si b vis amari, ama. Dicebat ille, j uxoris vitium (ſi quid ſit) aut ferendum eſſe aut tollendum, modicè, judico, obligando curandove. Si ij omnia prius, tùm certè hic, ſapientem verbis experiri oportet, quàm armis.

2. Paterna A *eſt parentum & filiorum conjunctio naturalis, verùm in quâ jus politicum magis locum obtinet.* Vel breviter. *Eſt* a *Societas inter parentes & liberos.*

Obl.

s *Arniſ. l. 3, p. 60, & Vill. præ. æc. 6, 8, can. 1.*
t *Gell, l, 10, 23.* u *Cæſ, 6, de bell, Gall. &*
Ariſt, 1, pol, 1. x *Arniſ. ut ſupra & c, 10,*
Sarm B. med will. L L. y Gen 1, v. 24. a L.
13. ff. ad l. Aquil. b Gell. l. 17. c Schonb: 1, 4,
Arniſ: l. 3, p, m. 67, Vill: præ: æc, 8, præc: 2, vid:
Bernegg: 9, Tac: 105. A Feré Jac. Mart, 1, pol, 6,
a Avenar: Syn: pol: Diſp: 2. Theſ: 8.

Obs: *Eam esse 1. Naturalem:* Cùm inducto fine, ex priori fluat, cùm d benedixit DEus conjugio, nati sunt liberi, undè hæc orta: Qualis causa talis effectus. 2. *Magis politicam:* (priorem intuere) quippè ut liberorum e est subesse & obedire: Ita parentum d regio more (Nàm regia amicitia e dicitur: Pater imaginem f regis habet) præesse, & natorum quàm suã salutem magis, tùm ob privatum, tùm publicum commodum, curare. 3. *Esse in filios parentibus potestatem:* Lex enim ff & vis naturæ semper in ditione parentum esse liberos jussit, certumq; est eam tàm vigore legis Divinæ g quàm juris Svecani, h utriq; competere, patri sed ampliorem: *Quæ tamen ad jus vitæ & necis extendi nequit;* Debet enim j patria potestas non in atrocitate consistere, proindè Plato k

Speu-

h *Idem cit. Loc.* e *Exod. 20, 12.* d *præs. 1, 21.* e *Arist. 1. pol. 8.* f *Keck. disp. prac. 78. prob. 8.* ff *plin. in pan. ad Traj.* g *Exod. 20, 12.* h *C. 1.* Gifft B. *utroq;* Jure. i L, 5. ff, ad ., pom: de par. k Sen. 3, 12. de irâ.

Speusippo filium verberandum tradidit, ne dùm iraſceretur plùs quàm oportuit faceret; Potiùs l ipſum accuſet quàm interficiat. Apud nos ll ſolvitur patria potestas, dùm, contracto Matrimonio & juſtâ impletâ ætate, res ſuas gerunt. 4. *Decere imò oportere parentes de filiorum inſtitutione ſollicitos eſſe & alimenta ipſis providere;* In eâ antiquitas m felicitatis apicem ponendum censuit; Qui ſuos n recte non inſtituunt & erudiunt liberos, non ſolùm liberis ſed etiam reipub. injuriam faciunt: plerumq; enim o eum inſtitutionis colorem ducunt, quo primis ab annis imbuuntur. Naturalis p ut pater pro modo facultatum eos educet, alioquin q ſine alimento quod generatum fuit interiorum, videtur ratio: E contra, *Succurrent* r *filij parenti-*

B

l *Arg. Deut. 21. & leg. 5 fil. de pat. pot.* ll *Præf. 1. 25.* m *Luc. Cruc. 4. 22.* n *Cic. 5. in Ver.* o *Locc. period. imp. 2. 4. Quo modo inſtituendi vid. Burgers d. ide doct. æc. c. 4.* p *l. 5. ff. de agnoſc. & Alend. lib. l. 1. & 4. Cod. de Al. lib. hoc præcipitur.* q *Ariſt. 1. pol. ult.* r *Eccleſ. 3. v. 12.*

rentibus senio confectis; Ni velint ex sententiâ Solonis § parentes non alentes suo modo infames fieri. Ad alimenti §§ præstationem utraq; pars cogi potest.

4. 3. HERILIS s *est societas inter herum & servum, ad familiæ tùm constitutionem tùm conservationem necessaria.*

Obs. Quòd 1. Dominus *sit t persona domestica ad imperandum servo*: Servus, *ad exequendum mandata Domini idonea*. 2. Non intelligatur tt *priscum illud & durum servitutis onus populo Israëlitico & alijs olim usitatum*. 3. Cùm id & ejus jura tv inter Christianos hodiè abolita censeâtur prorsùs & quidem ante annos trecentos & octo; tx cùm testetur Bartholus, qui Anno 1300. floruit, suâ y ætate nullos omninò vena-

§ *Laërt. in Solon.* §§ *C. 18. Erffo B. L. L. & 13. St. L. eod. tit. vid. & Hug: Grot. de j. P. & B. l. 2. c. 7. §. 4. 5.* s *Schwalb. coll. pol. Disp. 5. th. 3.* t *Iac. Mart. 1. pol. 5. th. 4. & 8.* tt *Præs. 1. 26.* tv *Besold. 1. 10. 54. vid. Bernegg. q. Tac. 175.* tx *Ut una cum Besold. cit. loc. Præs. deducit.* y *l. hostis ff. de capt. & post. lim. reversi.*

venalitios exstitisse. 3. *Servitus planè* ꝑ *in desvetudinem non abivit*; Quia vix possumus ijs carere, & quibusdam servire utile est, hæret etiamnum in servis ꝫ mercenarijs, imitatorijs & colonis, qui pro prædijs dominibꝰ tàm pensionis quàm laboribus inserviunt, in quo cum servis conveniunt, tamen si aufugiunt, non sunt ut servi capistro reducendi; si se subduxerint mercenarij, secundum leges ā & statuta revocandi & convenientibus pœnis coërcendi; si manserint malè non sunt tractandi, Expedit enim ā nè quis re suâ malè utatur...

5. COMPOsitarum 1. Familia, *quæ* A. *est gubernatio eorum, quæ sub unius patris familias imperio continentur*, (quæ quidem bona, interim addo fines) *ad liberos procreandos, a sustentandos & quotidianum* b *usum secundum naturam instituta*.

ꝑ *Besold. 1. 10. 58.* ꝫ *Præs: 1. 26. & 27.* ā *Vid. c. 15.* Byg. B. LL. *21. eod. tit.* & t. L. *Decret. de famil. Nob. datum Holm. 1626.* ā *par. 2. inst. de his qui sunt sui & alieni jur.* A *Arn: 1. 2, pag. 31.* a *I. Mart, 1, 2.* b *Pr: 1. 37.*

Obs. 1. *Tres ad minimum supplendæ familiæ sufficere*, æstimandæ c enim sunt societates ex suis finibus. Finem vides *procreationem*, sic maritus & uxor; & sustentationem, sic servus negotiorum cc instrumentũ requiritur: His domus, mensa d focus, fons communes esse solent, ut & *liberis*, qui fructus e effectusq; conjugij & ad f possessiones pertinent. *Dicis eos esse partem?* Multæ ff familiæ constant sine liberis perfecte, quò ad naturam suam, ad quas g hi accensentur non ut pars sed ut finis, ceu conclusio in syllogismo. En! in h sensu partiali, conclus. non est pars syll sed effectus præmissarum. 2 *Multitudinem servorum* i *non facere discrimen in familijs*; Nempe k cujus naturam non ex multitudine, sed differentijs personarum meti-

c *Arnis: cit: loc. ubi vid. varias fam. acceptiones.* cc *Arist. 1 pol. 3.* d *Præs. cit. loc. & Velst. Dec. 4. q. pol. Quæst 1.* e *Ille idem cit. loc.* f *Iac. Mart. ut sup.* ff *Arnis. 1. 2. p m. 32.* g *Idem paulò sup.* h *Rever. Nic Nyc: ad. c, 9. l 2. Log Ram.* i *Arnis: cit. loc.* k *Iac, Mart. 1, pol. 2.*

metiri, debemus. Mansit familia Crassi quamvis in censum 500. servos retulerit; Quamvis ll Milo 300. uno die manu miserit, familia mansit.

6. 2. Vicus est m *domorum paucarum coagmentatus cœtus, undè una tantum platea constituitur.*

Obs. 1. *Vicus* n *â via dicitur*, quod ex utraq; parte viæ sint ædificia, hæc o docent ædes collectas fecisse vicos. 2. Ritè *exstruentur domus*; nè p publicos actus impediant, ne gravent q vicinos. 3. *Ex vicis multiplicatis surgit.*

7. 3. Pagus, *quippè qui* r *ex duobus vel pluribus vicis absq; muro collatis constat*, ad s colendum agrum.

Obs: 1. *Dicitur muro cinctus pagus oppidum* (alias ἀπὸ τῆς πάγης a fonte, pagus; ss quippè propter communitatem eximij

 alicu-

ll *Ascon. in Milon.* m *Cum Alth: Pol. c. 5, p. m, 48, Præs: 1 34, cui consonat Vill: c. 2, pol, præc, 8.* n *Terent: Var. l, 4, de ling lat.* o *Tholoz: 2, 1, 3.* p *Præs: cit, l.* q *Vid. c. 1, fin Byg: b. Ll.* r *Alt: ut sup.* s *Scho alb. coll: pol. D. 6, th 14.* ss *Idem ut Vill. cit. loc.*

alicujus fontis talis collectio instituta) quòd opis s præstandæ causâ munitum sit. Tales t pagos in nostrâ patriâ non habemus. 2. *De pagis ædificandis benè in jure* w *Nostro præcipitur*; Hoc enim comperimus multam tolli confusionem. 3. *Ex villis*, (villa u murata castrum latinis dici potest) *& pagis conflui*.

8. 4. Parochia (quam definio, *cætum villicorum & paganorum templum, Sacerdotem cæteraq; sacra communia habentem*) Ex unicâ tali vel pluribus *promanat* 5. Ecclesia, *cui unicus præest Pastor*: Ex Ecclesijs aliquibus *constituitur*

9. 6. Territorium, x *est terræ spatium peculiari jurisdictione armatum*.

Obs. 1. Hic judicem territorialem y & duodecim scabinos jus in primâ instantiâ administrare. 2. Possidere territorium propria z bona, Häredzalmeniga Proprium fiscū Häredz Kistan/ Proprium sigil-

s *Arg: l, 230, de V. S.* t *Præs: cit. loc.* w *Vid. c, 1, Byg: B LL cum seq.* u *Tholoz. 2, 1, 8.* x *Præs: 1, 37, in med.* y *C, 2, 4, 10, Ting: B.* z *C, 29, Byg: B. & 4. ibid.*

sigillum Häredz Signete. 3. Si quis intra ejus à limites occiditur, occisore ignoto seu ignorato, 40. marcis multari, quæ multa Mordagäld. 4. Ex nonnullis Terr. & Ecclesijs haud paucis provenire.

10. 7. Diœcesin à *quæ est communio plurium Ecclesiarum ex diversis territorijs sub uno Episcopo.* Sed paucis concludam! Coronam nè cernis? Primi flores sunt *Conjugalis, Paterna & Herilis* societates; Hinc colliguntur manipuli, *familia* seu domus; *Vicus, Pagus, Parochia, Oppidum, Civitas* (quæ ex singularibus instructo privilegijs oppido constituitur) *territorium*, unde *Provinciæ & Diœceses*, ex quibus consuuntur *Comitatus, Ducatus, Principatus*, ac tandèm sertum illud amplissimum elegantissimumq; *regnum*.

AXIOMA.

1. *Conjugium* à *præmeditatè contrahi debet.* Si in omni a (quod controversiâ

 car-

à C, 26. & 27. Dräp: medh milia à *Præj: cit: Disp. pol. 1. th. 37.* à *Ioh.* Schwalb. *colleg. pol. Disp. 3. q. 5. Iac. Mart. 1. pol. 2.* à *Vill. præc. œcon. cap. 3.*

caret) contractu & obligatione magni momenti promissio præcedet, tùm certè in conjugali, qui indissolubili utriusq; partis consensu initur. Dici solet Taga sig Hustrw är ey något Hästerlöp. Ipsi equum malum qui emit, iterùm divendere licet; Uxorem ductam non item. Non sunt proindè negligenda SPONsalia b *quæ sunt futuri conjugij repromissiones, inter eos quibus jure licet.* Hæc c facit consensus, cujus testimonia arrha, annulus, juramenta, scriptura. Et sic ut d contractus præparatorius tùm solennitatis, tùm honestatis, tùm securitatis gratia adhibentur.

2. *Filio in magistratu constituto patrem privatum loco cedere decet.* Non nego quòd præferatur e meritò parentum amor, reverentiæ, quam domino vasallus debet; cùm sit f prima liberorum cura parentes debito obsequio colere. Sed vide.

Fabi-

b *Iac. Mart. 1. polit. 3. ad tenorem l. 1. ff. de spons.* c *Heid. Syst. Phil. pol. c. 1, p. m, 91.* d *Præs: collat. jur: Svec: & Rom: Disp. 2. ch. 20.* e *Besold: 1, 10, 35.* f *Arnis. 1, 5, p. 95.*

Fabius Gurges consul ff cùm Fabium Maximum Proconsul: patrem obvium haberet equitantem, ipsum equo descendere & pro more peditem ad consulem venire jussit; hoc molestè non tulit optimus ille pater, sed eum est hortatus ut pergeret authoritatem Pop. R. tueri. Jure equidem; cùm liberetur g filius ab obedientia patris, & dicat Fab. Max. h publica instituta privatâ pietate potiora judico. Hoc ipsum Taurus Phil. i inter privatum patrem & prætorem determinavit, ut in publicis locis magistratus anteponeretur, in privatis jus domesticum observaretur.

3. *Differt Respub. à civitate, civitas ab urbe.* Claret priùs. Est namq; k civitas quasi materia, in quam respub. tanquam forma introducitur. Neminem historias inspicientem latet civitates varijs formis informari. *Nota.* Civitas accipitur

ff *Plut: in Fab. Max. Val: Max. 2, 2, 4. ubi vid Not. Thysij. & Gel. lib. 2. c. 2. quem de hac re videsis.* g *Ulp. inst. tit. 10. §. ult.* h *Valer. Max. cit: loc.* i *Gell: cit: loc: in med: cap.* k *Arrisi 1. 17. p. 103.*

p'tur vel l *Materialitèr*, pro congregatione in se spectata, atq; tùm habet rationem indigestæ molis: Vel *Formalitèr*, prout jam multitudo forma est induta. Isto modo accipio civitatem. Et ultrà: Aut *Generalissimè*, sic ll mundus omnium hominum communis civitas magna, Aut *Generatim*, pro vel regni, vel provinciæ, vel nationis alicujus societate, sic civitatem de multis pagis dici inuit Cæsar dùm inquit: Omnis m civitas Helvetica quatvor pagos habet, sic civitas Rom. quondàm n plurimorum fuit populorum idq; ex constitutione Antonini, cui Poëta; o fecisti patriam diversis gentibus unam. Aut *Specialim*, pro singulari quadam civium p in uno oppido congregatione; ut civitas Holm. Norc. Gotheb. Aboënf. *Ex his & posterius robur capit.* Civitas q *est populus certa*

l *Arist: 3, pol, 3.* ll *Tholoz. 1, 3, 4, vid: & Heid: Syst Phil. pol. c, 1, pag. 40.* m *Lib. 1, de bell. Gall pag. m, 7.* n *Vid. l, 17, ff, de stat. hom. & Nov. 78, c, 5, §. fin.* o *Rut. Numatiano quem cum Heid. cit. Thol. dict. loc.* p *Heid. cit.* q *Hic idem.*

certo jure sociatus; *Vel Familiarum & feu domorum societas*: Urbs ſ *est compages domorum munimentis munita, ad civium commoditatem*. Urbs, inquit orator ſſ Roma eſt, civitas eam incolit. Civitas Attica t in muris ligneis, in navibus putes, licet à Perſis caperetur urbs, ſuperfuit. Sic videt *ad* v *eſſentiam civitatis non facere muros*, Sparta u diù ſine mœnibus floruit. Non tamen judico quòd incommodè muris cingantur; cùm id x requirat decus urbis, ſalus civis, terror hoſtis, fuêre y Sanctis regibus curæ. Breviter: *Urbs* ; domiciliorum conjunctionem, *Civitas* materiale, *Reſpub.* formale denotat.

Diſſ. 3.

r *Ex Ariſt. 3, pol. 6, Iac. Mart. 1, pol. 7.* ſ Schwalb, *coll: pol: Diſp. 8, th. 2.* ſſ *Cic. pro Mur.* t *Iuſt. 2, 12, 13, & 14, ubi vid: Bernegg. & q. ejus ex Tac. 82. vid. & l. 6. Heid. cit. loc. hæc fuſè deducentes.* v Lieben. *colleg. polit. Exerc. 5, quæſt. 1, ex Bod.* u *Liv. lib. 34, 37.* x Schwalb. *cit. Diſput. qv. 2.* y *2. Sam: 5, v, 9. 1, Reg: 4.* ; *Vill: pol. c, 3, Can. 1.*

DISSERTATIO III.

De Formis Imperiorum.

1. Respublica *est* A *ordo civitatis, per regimen Majestatis in subditos.*

Obs. 1. *Reipub: Nomen*; Divisio a ejus demonstrat qualitatem, perinde ac si dicas, rem ad populum pertinentem. Respub. b nomen universæ civitatis est, pro quâ mori, & cui nos totos dare debemus. Licet publicæ res c nullius in bonis sint; Sunt enim quarum d usus non singulis privatis, sed toti corpori communis est; His tamen salvis, e ut salvâ navi, salvæ sunt res vectorum, res quoq; privatorum valent; E contra; Interest reipub. nè quis re suâ malè utatur. 2. *Reipub.* (imperio

A Schwalb. *coll: pol. Disp. 9, th, 3. Variæ mihi occurrunt desc. Reipub. ut Arist. 3. pol. 1, & 4, 4, pol. 1. Thol. 1, 1, 6, Schonb. 1, pol. 4. Vernul. 1, 1, 1, Burgersd. 1, Doct. pol. ide. 1, 2, quibus me non oppono; Sed hanc retineo cùm visa clarissima.* a *Thol. 1, 1, 11.* b *Cic. 2, de leg.* c *l, 1, ff, de R. D.* d *Alth. c. 17, p, 178.* e *Loc. period. imp. 4, 15,* f *Just. §. 2, de his qui sui & al. j.*

(imperii, ff politiæ) *Causa (t) efficientem*. Effic. *prima* est DEUS; Nisi ab hoc, g nullus magistratus; Sed in ordine h reipublicæ caput est summa potestas, quæ cætera omnia sibi subordinat; Et sine i imperio nec ulla domus, nec civitas, nec gens stare potest: *Particularia constituent* sunt k homines heroici, ut *Ninus* l Assyriorum; *Cyrus* ll Persarum; *Alexander M.* m Græcorum; *Iulius Cæsar* n Rom. *Magogus* o Svecorum &c. Item & *Reformantes*, ut *Gustavus* Primus p atq; *Gust.* Magnus; *Interne impellens* Natura q *Externè*

ff *Quod hæc sint Synon. vid. Alth. c, 9, & ex. Præs. Disp. 2. pol. th. 3, idem colliges.* g *Rom. 13, 1, & 2.* h *Arnis. 1, 7.* i *Cic. 3. de leg.* k *Præs: 2, 1, quem hic omnino vid.* l *Iust: 1, 1, 4, Vagnerus instit. Hist: lib. 3 c 1.* ll *Iust: 1, 6, 16, & 12, Ion Wexion. Syn: hist: univ. sec. 1, c, 4, Vag: 4, 1.* m *Iust: 11, 4, 6, Besold. Syn. hist. un. c, 8, Vag: 5, 1.* n *Besol. cit. Syn. 15, Vag: 6, 1.* o *Ion. Wex. Syn. cit. 1, 3, præs: Disp: pol. 2, th, 1, Et Epit: Descr. Svec: l, 11, c, 1, vid. Ioh. M.* p *Vid. Union. bar. & Aur. R. for.* q *vid. Ax. 1. in sup Disp*

ternè indigentia, quæ primaria non est; Quippè quæ r protoplastorum ἀπὸς ἀσιαν subsequebatur, nemo jure negaverit, si perstitissent, futuram fuisse communionē & ordinem, quamvis non premerentur egestate. (2.) *Finalem*, communem ſ maximè felicitatem spectat, quæ non in bonorum fortunæ tantùm, sed in virtutum præsertim affluentiâ consistit, ex quâ cunctorum utilitas consequitur. (3.) *Materialem*, societates tùm etiam simplices, maximè tamen compositas, de quibꝰ sup. (4.) *Formalem*, quæ consistit in ordine s & unione inter obedientes & imperantes. Civilis t hæc admiuistratio spiritus ille vitalis est, quem tot millia trahunt, nihil ipsa per se futura nisi onus & præda, mens illa si subtrahatur. *At cùm gubernandi* tt *potestas alitèr* uni soli *inest*; *Aliter diffunditur* in aliquos, *Alitèr* in universos; *Inprimis* ꝏ *quales sint Magistratus summi animadver-*

r *Heid: Syst: pol. 1.* ſ *Bod. 1, de Rep, 1.* ſſ *Vernul. 1, 1, 2.* s *præs. 2, 4.* t *Sen. l. 1. de Clem. c. 4.* tt *Arnis: 1. 7.* ꝏ *Heid. ol. c. 6.*

madvertendum; *siquidèm ex illorum* ꝗ *numero præcipuam subit differentiam, ac tandèm variæ constitui solent Rerump.* Species, *suntq́ præcipuè, ut cæteras tacetim*, Tres, *quam hæ* ꝛ *strictè acceptæ plures non dantur.* Estq; earum.

2. 1. MONARChia; *est Respubl. in quâ* ꝯ *unius summa potestas ad commune bonum & publicum subditorum potissimùm dirigitur.*

Obs. 1. *Dicitur etiam regnum*; Quippe in ꝫ quo solus aliquis imperat; qui ꝺ cùm pluribus insigniatur nominibꝰ, quin & hæc non ambigo. *Cujus* 2. *Non alitèr* ꝺ *constat ratio, quàm si unus præsideat*; Nam plures ꝺ formæ in uno imperio sunt incompatibiles; Nulla ꝭ fides regni locijs &c; Non ꝗ benè cum socijs regna Venusq; manent. Interim *in* ꝺ *gradu remisso*

ꝗ *præs:* 2, 4, & *Besol:* 1.5.2. ꝛ *Bod: Meth: hist:* c.6. & *de Rep. l.* 2. c.1. ꝯ *præs:* 2. 18. *cuj consonat, Iac. Mart.* 2, 3, &c. ꝫ *Ioh.* Schwal. *D.*10, *th*,6. ꝺ *Vid: Alt:* c, 30. ꝺ *Arnis:* 1. 10. ꝺ *præs:* 2,4. ꝭ *Lucan: l.* 1. ꝗ *Ovid:* 2. *de art. am.* ꝺ *Alt.* 29, & *pr:* 2,5.6.

remisso omnes tres formæ (ita tamen ut una maximè appareat) *coëunt*, Quod potest in Repub. Rom. Venet. Germ. demonstrari, demonstro in Sveo-Gothorum. Summum Magistratum esse hic Monarchicum constat ex legibus *a* & totâ *b* regni administratione. Constat hanc Monarch. *c* Aristocratiâ esse munitam & libertate *d* populi, qui ad comitia convocatur & libera vota habet, confirmatam.

3. Monarch. Opp. Tyrannis *e quæ est violentum unius imperium, præter mores & leges.*

Obs. 1. *Antiquitùs dicebantur f reges legitimi Tyranni*; Verùm cùm ff suâ abusi sunt potestate, una cum re abijt nomen in odium, non tecùs ac nomen Regis & Dictatoris apud Rom. 2. *Tyrannus aliud* absq;

a C. 7. Kong: B. II. Aur. R. F. b Vid: Præf: cit. loc. c Arg: c. 4. Kong: B. II. & A. R. F. d Vid: concluf: comit. & art. 7. & 4. Kong: b. II. e Lipf: 6 pol. 5. f Thol. 6. 18. 7. ff Arnif: 1. 0. Ex Liv. 2. & Cic. 1. phil. Flor. 1. 9. ub. vid. not. pol. Zevec.

absq; Titulo g *qui imperiū nullo jure invasit*, ut Abimelech. *Alius* Exercitio, *qui legitimè paratum violenter exercet*; ut Nero, caligula; adde cum Heid: *Alius* utroq; *qui malè quæsitum malè regit*; ut Dionysius, Christianus sangvinarius". &c.

4. 2. ARIstocratia *est Resp. in quâ* h *minor civium pars ad omnium salutem imperat.*

Obs. 1. *Indefinitè hic* i *requirantur pauciores*; Certus enim numerus prædefiniri nescit; Alibi plures, alibi pauciores in hoc statu fuisse legimus *Optimates*, sic dicti, quòd k ita se gerant ut sua consilia optimo cuiq; probent. *Minor pars* additur in def. ob concordiam, quam Philos. l in paucitate ponit, quæ non m tàm facilis inter multos, quàm paucos, conservatur. 2. *Huic contrarietur* n

Oli-

g *Bartol. in tract. de Tyr. & cum eo Tholoz. Arnisæ. Heid. cit. loc. Iac. Mart. 2.10. Aven. 4. Syn. pol. th. 32.* h *Præf. 2.18.* i *Heid. Syst. pol. phil. c.6. pag. 893.* k *Cic. pro Sest.* l *Arist. 5. pol. 6.* m *Reinh. König. 1.11.6.* n *Iac. Mart. 2. 14.*

Oligarchia, *in quâ divitiæ, nobilitas & similia quid potiùs, quàm virtus spectatur.* Deficit Aristocr. status n quandò in paucorum usus, quæ publica sunt intervertuntur. Apud Livium o flagitia, quæ hìc occurrunt, in *Decemviris* invenies.

5. 3. DEMOCratia *est Resp. in quâ* p *cives æqualitèr ex legum proscripto pro commodis omnium in medium consulunt.*

Obs. 1. *Democratiæ vocabulum accipitur* q, vel in partem *meliorem*, ut hìc loci, vel *pejorem*; ut cùm dicit Eximiùs politicorum Reipub. absolutè sic dictam adversari eam & esse r in quâ solus populus imperat exclusis probis & nobilibus. 2. *Voce* ſ *civium seu populi* tàm Patritij, quàm plebei continentur, & si non actu, ff tamen potentiâ; Illi Magistratus, s quos elegerunt, omnibus & singulis imperant, secundum tamèn populi suffragia. 3. *Oppos. habet* Ochlocratiam, t *quæ nihil est aliud*

n *Arnisæ. cit. loc.* o *Lib. 3. insuper Heid. vid.* p *Præs: cit. loc.* q *Heid. c. 6.* r *Thol. 1. 1. 2.* ſ Schwalb *Disp. 12.* ff König. *1. 2. 2.* s *Besold. 2. 7. 22.* t *Heid. cit. loc.*

aliud quàm deteriùs audiens Democ. & omnium legum impatiens confusio popularis.

AXIOMA.

Monarchia reliquis formis jure præfertur.

ψ Quamvis omnes tres species, quia bonum publicum respiciunt, laudabiles sint, & pro ingenio populi alius hanc, alius illam, alius istam probet; Quamvis comparativè sua υ quæq; comoda, sua quæq; onera habeat; interim optima judicatur Monarchia; Hæc enim τ majoribus prælucet commoditatibus, & minoribus difficultatibus laborat; Unus χ in cœlo DEUS, qui nutu suo totum hoc universum temperat ac moderatur; cor unum ψ in corpore, una in homine anima; una ζ luna nocti, unus sol diei præest; Hæc nihil antiquiùs; Principio ã rerum, gentium nationumq; imperium penes Reges

ψ *Tholoz. l. 3. 1. cui consent. Præs. 2. 1. & Bod. lib. 5. de Rep. c. 1.* υ *Illum vid. à th. 7. ad 14. inclusivè, ut & Thol. cit. tot. ap. König. part. pol. 1. c. 10. 11. 12. Heid. & alios* qui hic multi, τ Præs. cit. loc. χ Cassiod. Spect. civ. ad 3 pol. c. 7. ψ Pont. l. 4. de obed. c. 2. ζ Stob. serm. 45. ã. Just. l. 11. ubi vid. Bornegg.

erat; Hæc Israëlitas ā ut dicerent, allexit, constitue nobis regem ut judicet nos, sicut & habent universæ nationes; scribitur pacis ō interfuisse ut deponeretur potestas in unum, & discordantis j patriæ non aliud remedium fuisse, quàm si ab uno regeretur: ubi unus ij Rex, à se non dissentit, cæterosq; si dissenserint ad concordiam redigere potest, dùm interim dissensionibus omnia conturbari in multorum imperijs necesse sit; Volūtates A omniū hominum variæ sunt; suus a cuiq; mos; proindè dicit Christus, *Nemo b potest duobus dominis servire.* Sed cùm c nulla rerumpub. sine temperamento existat, Omnium optimum saluto statum contemperatum seu d non nihil mixtum (Quid hîc mixtum dextrè intellige.) Tutus hic Rex, tuti optimates subditiq;, dùm simul Monarchæ Maiestas, optimatum authoritas, populi libertas asseritur. Talem statum Nostræ mellitissimæ gratulamur patriæ!

ā *1. Reg: 8. 5.* ō *Tac. 1. hist.* j *Idem lib. 1. Ann.* ij *Arnis. 1. 10.* A *l. 4. ff. ad 5. c. Treb.* a *Terent. in Phorm: Actus 2. scen. 4.* b *Matth. 6.* c *Kirchn. in Rep Disp. 3. cor. 10.* d Vid: Præs: 2. 15, & 17, vid; de hac quæst: Gerh: dec. 1. Q. 7. & alios Bernegg Quæst: ex tac. 55, Diss. inter se Anaxim. & Nicopomp. apud Barcla: in Argen: l. 1, p. m. 104.

Corollaria Miscellanea.

1. *Modus verbi optativus superfluus est.* — 1. Grammaticum.

2. *Linguarum orientalium cognitio in omni studio utilis, in Theol. necessaria.*

3. *Datur Syntaxis Poëtica non planè à prosâ (quam præsupponit) aliena.*

Non est Oratori *necessarium ut singulas partes minutissimasq; Rhetorum præceptiones quâvis in oratione nimis curiosè sectetur.* — 2. Oratorium.

Ens est substantia genus analogum, item & accidentis; quippè non æquè primò, accidenti ac substantiæ, nec accidentibus Relativis ac absolutis jungitur. — 3. Logicum.

Affectiones entis & Reales sunt; Et rectè in unitas & disjunctas dividuntur. — 4. Metaphysicum.

1. *Natura nunquam & nusquam (ordinariè sc.) mutat sua jura.* — 5. Physicum.

2. *In Magiâ naturali figura, cerimoniæ verbaq; adhibenda non sunt.*

delectus, modusq́ habendus, ut non quàm plurimi sed quàm optimi cujusvis professioni accommodatissimi Scriptores legantur.

14. Ethicum. *Veri honores non sunt spernendi, utiq́ nec Academici.*

15. Politicum. *Plateas in urbibus & amplas & rectas constituere Reipub. commodo ornatuiq́ fuerit singulari.*

16. Œconomicum. *Si fieri ulla ratione potest per matris constitutionem, materno lacte primùm infantes enutriendi sunt.*

DEO
in Altissimis
Gloria!